



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

46. De providentia Dei in assignando cuique statu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

thuris & myrrhæ, ferventis orationis & mortificationis.

MEDITATIO XLVI.

De providentia Dei in assignando cuique statu.

PUNCTUM PRIMUM.

Varietas statuum. **P**Aterne Deus etiam providet de statu cuique accommodato, dum ipse regi sinat, cum non quivis cuilibet conveniat, & alioqui sint, sicut in corpore, multa membra, ita in Ecclesia & Republ. civili diversi status. Alij sunt velut caput ad regendum; alij ut oculi, qui eminent doctrina; alij manus in vita activa, alij pectus in recondito contemplativæ; alij pedes in humilioribus. Ergo qui non suscepit certum statum, ad Deum confugiat, & qui jam habet, in Deo confidat se in illo salvum fieri, &

1. Cor. 7. *unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.*

20.

PUNCTUM II.

Varietas propensionum. **P**rovidentiæ divinæ suavitas spectatur in eo, quod varias hominibus indidit propensiones ad diversa, ut nunquam desint, qui sponte amplectantur conditiones, quamvis molestas & serviles, ne in publicum desideretur aliquid. Quod si aliquando imponat aliquid à propensione naturali alienum: sic illud dulcorat, ut reddat suave, velut statum religiosum.

Et

Et quando non sic faciat delectabile, ita ratione persuadet ut inspirata lux vincat naturæ repugnantiam. Ergo me illi totum commitam.

PUNCTUM III.

Quod Deus juxta statum providet de medijs ad ferendum: unde cum Moyles delegisset adjuutores regiminis, dictum ei à Deo est: *An-feram de spiritu tuo, tradámque septuaginta senioribus, ut sustentent tecum onus populi tui.* Num. 11. 17. Quare si mihi duplicatur onus, etiam vitus. Hinc periculosum est amplecti statum, non ex voluntate divina, quæ inquirenda est; nam destituitur is convenientibus subsidijs: si tamen erratum est, nec licet regredi, recurrendum est ad Deum, qui non destituet nos. Alioqui *omnis plantatio, quam non plantavit Pater cœlestis, eradicabitur.* Marc. 12.

MEDITATIO XLVII.

De providentia circa statum Religiosum.

PUNCTUM PRIMUM.

Finis instituendi hunc statum fuit multiplex. I. ut esset schola perfectionis, quæ in charitate Dei, & proximi consistit: ubi proinde amovetur omnia impedimenta perfectæ charitatis. Cur divesti status Religioli. *Hæc est generatio quærentium Dominum, & faciem ejus semper.* Pf 23. 6. Eccl. 3. Est Ecclesia filiorum sapientia, quorum natio & conditio est obedientia & dilectio: quare nituntur imitari Deum & Christum. Mat. 5. 48.